Universitätsbibliothek Paderborn

Animae Illvstres Ivliae Cliviae Montivm Marchiae Ravenspvrgi Morsae Annexarvmqve Provinciarvm E Monvmentis Calamo R. P. Theodori Rhay. Societatis Iesv Redivivae

Rhay, Theodor

Neobvrgi Ad Danvbium, 1663

XXIX.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10835

Visual Library

aſperâ catenâ ciliciόque carnem domans, humi cubans, admirando rigore *Zonâ ferreâ lumbos* adſtrinxit & puluilli vice trunco vſa eſt. Ferrea eius Zona hodiedũ religiosè aſſervatur puerperis(etiam hæreſi attõitâ) cõtinuò ſalutaris. Virginea hæc, venerabilis Catharinæ Familia, ut fortiſſima iſtic *fidei columna vnica ferè* in medio Acatholicæ gentis perſiſtit. Pediſequa & nominis & virtutis eius æmula, eodem cum illa tumulo quieſcit, *ut in vita, jta nec in morte ſeparatæ. Ex Necrologio iſtius loci.*

XXVIII.

S. CASIMIRI B. RICHEZÆ *Filij Palatini*, qui ex *Religioſo Cluniacenſi ad Regnum* POLONIÆ *Pontificiâ* auctoritate extractus eſt. Regnum & familiam ſuam morte ſua nobilitata reliquit, crebrò in ore habens, *eam demum veram eſſe ſapientiam, ſcire Deum omnia eſſe, & hominem nihil.* Ex *Faſtis Gelenianis.*

XXIX.

APud *Vltraiectinos Epiſcopi* B. RADBODI *de Clivio Sanguine*, vitâ & liberalitate erga pauperes magni, cælo ſcientis excludendos omnes opulentos, niſi eius Ianitores piâ pauperes manu corrumperent. *Ex Ann. Vltraiect.*